



# **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1861**

LXI. Bruder Thimotheus und Bruder Conrad, Priore der Karthäuser-Klöster bei Rostock und Rügenwalde, genehmigen unter Bestätigung des General-Capitels eine durch Veränderung der Mauer erwirkte ...

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55508](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55508)

LXI. Bruder Thimotheus und Bruder Conrad, Priore der Karthäuser-Klöster bei Rostock und Rügenwalde, genehmigten unter Bestätigung des General-Capitels eine durch Veränderung der Mauer erwirkte Erweiterung des Spazierganges für die Mönche des Karthauses bei Frankfurt, am 8. September 1456, bestätigt von dem Generalprior des Ordens den 16. Mai 1457.

Nos fratres Thimotheus domus legismarie prope Rostock et Conradus domus legismarie prope Rugenwalde, priores ordinis carthusiensis, domum Misericordie dei prope frankenford ordinarie visitantes, Conperimus quod prior eiusdem domus loco sepis, qua eadem domus erat circumsepta, parietem de nouo ex argilla, paleis et lignis construxerat Et in quibusdam locis casu modicum prefixos terminos excessum esset, Ita ut ultra terminos solitos ad passum pedis paries prefatus in quibusdam locis uel modicum ultra extensum esset, Insuper in spaciamenti circa oderam versus orientem solitis terminis modicum spacium additum fuit ob aliquam commoditatem a consulatu vicine ciuitatis, quod et pro nunc solisatis competentibus est conjunctum terminis monachorum. Ea propter supplicauit nobis venerabilis pater prior eiusdem domus vna cum conventu suo, vt prefata spaciola ob serenitatem conscientiarum conseruandam solitis et alias concessis terminis monachorum iungere dignaremur. Nos igitur attenta eorum humili et rationabili petitione, eadem spaciola sic, ut presertur, addita tam infra septa monachorum quam etiam in spaciamenti terminis eidem domui pro monachis alias concessis adiunximus et adiungimus per presentes, Humiliter supplicantes Reuerendo in christo patre domino francisco, priori maioris domus carthusie, Totique capitulo generali, vt prefatam nostram concessionem et adiunctionem videre nostro rationabiliter factam ratificare et confirmare dignetur. In cuius rei testimonium Sigilla domorum nostrarum presentibus sunt impensa, Sub anno domini 1456, Ipso die natiuitatis beate marie virginis.

Nos frater franciscus, prior domus Carthusie, Ceterique diffinitores capituli generalis Ordinis nostri Carthusiensis predictos terminos sic, ut premititur, ampliatis et dilatatos, respectibus quibus supra laudamus, approbamus et auctoritate nostri capituli generalis confirmamus. In cuius rei testimonium Sigillum dicte domus nostre carthusie duximus appendenda. Datum Carthusie, Sedente nostro capitulo generali, die XVI mensis Maii, Anno domini M. CCCC. LVII.

Nach dem Copialbuche des Karthäuser-Klosters, No. 75.

LXII. Der Abt und Convent des Stiftes regulirter Domherren zu Sagan schließt mit dem Karthause zu Frankfurt eine geistliche Verbrüderung, am 1. September 1457.

Honorabilibus et Religiosis dominis et fratribus Priori et Conuentui domus Misericordie dei, Carthusiensis ordinis prope Frankenford, lubucensis dyocesis, frater Symon, abbas, Totusque Conuentus canonicorum regularium in Sagano, wratislawiensis dyocesis, Sincere dilectionis affectum piarumque orationum suffragium salutare. Quum secundum apostolum omnes vnum corpus sumus in christo, debemus karitatis operibus feruenter intendere, ne scindamur ab huius cor-